Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Argentina Civitas vetustissima, ac permagnifica, Argentuaria dicta, apud helvetios pro-
pe Rhenum sita. Cum Treveris metropolis belge provincie temporibus abrahe construi cepta sit: In-
de potentatu aucta, hec urbs primo sub dominio Treverensium fuit: Quam postmodum Julius Cesar
cum universam provinciam helvetiorum et heduorum, Traiecto Rheno flumine subiecit, Cui Consulem et Que-
storem dedit, Qui in ea urbe Cameram Romanorum pro tributis solvendis perfecerunt, Inde nomen Ar-
gentine assumpsit. Qui usque ad Imperii inclinationem, ibidem perstiterunt: Athila postea egres-
sus de Sicambria, primo Illiricos invasisse dicitur, deinde omni pene germania peragrata, ac cun-
ctis civitatibus et castris que occurrebant subversis, Intravit tandem in Regnum Constancie: Cui
Sigismundus Rex eiusdem terre princeps, circa basileam cum exercitu magno occurrit, Quem
Athila ab omni expedicione contritum fugato, suo dominio subiugavit: A loco illo egressus Athila
iuxta Rhenum Argentinam civitatem munitissimam (quam Romanorum nullus cesar penitus expug-
nare potuit) obsedit, expugnavitque, diruendo murum eius in diversis locis, ut ab ictus advenienti-
bus sine difficultate via libera et patens introitus preberetur, Edicens firmissime, ne ipsius mu-
rus, rege ipso vivente repareretur. Ut eadem civitas non Argentina: sed propter viarum pluralita-
tem, quas in muro eius fecerat Strasburg vocaretur. Deinde amoto exercitu de Argentina lu-
xovium, bizantium, Chalon, Mastiron lingones, burgundiam, et Lugdunum civitates munitas de-
strui fecit. Post aliqua tempora Cum Reges francorum apud helvetios dominium potiti sunt In ea
urbe dominium habuerunt: Qui deinde, duces in ea constituerunt: Pater quoque Sancte Otilie ne
dum urbis: sed et provincie ducatum habuit, Qui hohenburg et alia construxit: post eum Albertus
filius et succedentes gubernarunt: Tandem per Romanos Imperatores in libertatem ac ius Imperii
cessit. A divo vero Materno qui a Sancto petro apostolo ad Rhenanas civitates ad Eucharium
et Valerium missus fuit, fidem orthodoxam accepit: Qui apud eos post obitum baculo petri revix-
it, Ac ecclesiam ad Sanctum petrum antiquum appellatam extruxit: Habet hec urbs preter amenita-
tem et civium urbanitatem, Templum permagnificum Et Turrim pulcherrimam singulari pre-
cio constructam. Nobilitatem quoque per vicina oppida: perque finitimas urbes dispersam ad Tum-

Strasburg